

articulis incidere, quæ homines laborum et injuriarum impatientes, et naturâ querulos, clamare et queritare compellant. Nam si toties contra Moysen, qui populi sui amatissimus erat, et *mitissimus omnium qui morabantur in terrâ*, indignati clamârunt, et nunc proximè, cum Samuele urgent, ut more gentium sibi regem præficiat, cum tamen ipsi apertè fateantur, nullam se vim, fraudem, aut calumniam à Samuele passos; quid illos fecisse existimandum est, cum gravia à regibus acceperunt imperia, cum spoliati sunt bonis, cum filios ac filias è suo complexu ad regias delicias et vile ministerium transferri viderint? Clamârunt quidem ad Roboam, ut proximè diximus, dum levari se postulât à paterno jugo prorsus importabili; neque tamen auditi sunt, sed ad restim potius et crucem amandati. Non est dubium, quin clamaverit Naboth, cum non solum vineam, sed vitam etiam auferri sibi videret à cupido et inclemente rege. Clamavit certè Zacharias filius Joladæ, cum dixit lib. 2 Paralip. cap. 24: *Videat Dominus, et requirat*; neque tamen mortem idèò declinavit. Cum verò clamaret ad Deum, sicut olim in Ægypto, ut duram illam servitutem liceret effugere, aut illam, quæ à regibus impendebat injuriam declinare, nihil tamen mitius cum illis actum est.

VERS. 19. — NOLEIT AUTEM POPULUS AUDIRE (1). Obdurerat jam in suâ cogitatione populus, et nunc præcisè negat ullam sibi admittendam gubernandi formam, nisi regiam; devorât omnia, quæ ex Dei ore à Samuele denuntiantur, et malle se dicit incommoda illa subire omnia, quàm regis imperio non subesse. In quo imaginem quamdam spectamus eorum

souverain sur eux-mêmes et sur leurs rois, sans que les peuples à qui il le donne en aient jamais eu le moindre soupçon.

(1) *Le peuple ne vouloit point écouter ce discours de Samuel.* La réponse que fait ce peuple nous doit faire peur. Nous devons craindre ces endurcissements de cœur et cette violence de nos passions secrètes, qui nous font dire à ceux qui nous donnent les plus saints avis de la part de Dieu: *Nous ne ferons rien de ce que vous dites. Nous aurons un roi qui régnera sur nous; et ce roi sera notre propre amour.* Nous disons à Dieu de bouche: *Que notre règne arrive;* mais nous disons effectivement à l'amour de nous-même: *Régnez sur nous; que votre volonté se fasse, et non pas celle de Dieu. Nous serons comme toutes les autres nations; nous ferons comme tout le monde fait.* C'est ainsi que l'on raisonne, jusqu'à ce que Dieu nous donne un Samuel qui nous instruisse, et qui nous fasse entrer dans ce chemin de la vie qui nous mène au ciel. (Sacy.)

qui jam apud se statuerunt omnino faciendum esse aliquid, quod, repugnante lege, animalis natura et cupiditas ineffrenata præciperet. Ut videmus in eo qui vindictam appetit, et cum aliis idèò inimicitias suscipit, qui illa fernè sustinet à tyranno non minùs inclemente et barbaro, quàm à rege, quem tantoperè optat et exigit Israel. Idem de libidine dicendum, quæ homines vilissima facit esse mancipia; quæ corpus hominum plagat et perdit, honorem obscurat, divitias admittit; omnia denique tam vite subsidia quàm animi ac corporis ornamenta dederit.

VERS. 20. — EGREDIETUR ANTE NOS ET PUGNABIT BELLA NOSTRA. Descriptio hæc est imperatoris et ducis. Plura sine dubio dixerunt Israelitæ, quæ tamen non sunt à Samuele commemorata; neque enim integræ orationes referuntur ab historicis sacris; sed eorum summa, aut aliqua ex multis, ut notavimus in nostris Commentariis in Acta Apostolorum, cap. 2, n. 98. Et quidem egisse tunc de Naas Ammonitarum rege, qui tunc bellum contra Israelitas adornabat, constat infra, cap. 12, v. 12, ipso referente Samuele: *Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, distatis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis.*

VERS. 21. — AUDIUIT SAMUEL OMNIA VERBA POPULI, ET LOCUTUS EST EA IN AURIBUS DOMINI. Nihil agit Samuel nisi ex Dei præscripto; contestatus fuerat populum, ut Deus ante præceperat; nunc quid populus nihilominus cogitet ac velit, ad Dominum refert, et quid à se factum velit, exposcit; ne quid res tanta ab humano sensu atque ratione capiat. Jubet Deus, ut regem populo juxta illius postulata constituat. Nec recusat Samuel, sed jubet instantem populum in sua quemque domicilia reverti, donec ipse consulto iterum Domino cognoscat, cuius ex toto populo regium illud, sive onus, sive honos imponi debeat, qui magis ex voto atque sui publico futurus sit (1).

(1) *AUDI VOCEM EORUM, ET CONSTITUTE SUPER EOS REGEM.* Sed non talem qualem ipsi petunt, qualemque eis depinxisti, sed qualem ego descripsi Deuter. 17, qui scilicet fidelibus subillis pollicetur imperet, non despotice; quique non suis, sed reipublice commodis studeat. Deus enim iniquam Hebræorum petitionem regis ita resecat, ut quod in eâ æquum est, concedat; quod iniquum, negat, id est, non concedat, sed fieri permittat, et fore prædicat. Quartus S. Gregor. lib. 4, cap. 1, cur Deus concedat id quod malè petitur. — Resp. quia petenti irascitur, emque vult sua petitione, quasi justâ congruèque vindictâ plectere et castigare. Sic et S. August. in Psal. 54: Rex,

CAPUT IX.

1. Et erat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.

2. Et erat ei filius vocabulo Saül, electus et bonus, et non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero et sursùm eminebat super omnem populum.

3. Perierat autem asina Cis patris Saül: et dixit Cis ad Saül filium suum: Tolle tecum unum de pueris, et consurgens vade, et quære asinas.

4. Qui cum transisset per montem Ephraim, et per terram Salisa, et non invenisset, transierunt etiam per terram Salim, et non erat, et sic per terram Jemini, et minimè repererunt.

5. Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saül ad puerum qui erat cum eo: Veni, et revertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis.

6. Qui ait ei: Ecce vir Dei est in civitate hæc, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit: nunc ergo eamus illac, si fortè indicet nobis de viâ nostrâ, propter quam venimus.

7. Dixitque Saül ad puerum suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in sitarceis nostris: et sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

8. Rursùm puer respondit Saüli, et ait: Ecce inventa est in manu meâ quarta pars stateris argenti: demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram.

« ait, non ad permanendum electus est à Domino, sed secundum populi cor durum et malum datus ad eorum correptionem, non ad utilitatem secundum illam sententiam; quia regnare fecit hominem hypocritam propter perversitatem populi: Job 24, v. 50. Idem August. lib. 5 contra Julianum cap. 5, vocat Saulem *penam peccantium*. Et S. Cyprian. Epist. 58, ad Bogatianum: « Ut hoc, inquit, ulcisceretur Dominus, excitavit eis Saül regem, qui eos injuriis gravibus affligeret, et per omnes contumelias et penos, sit perbum populum calcaret et premeret, ut

CHAPITRE IX.

1. Voici comme s'accomplit cette parole de Samuel: Il y avait un homme de la tribu de Benjamin qui s'appelait Cis; il était fils d'Abiel, fils de Séror, fils de Béchorath, fils d'Aphia, fils d'un homme de la race de Benjamin. Cis était un homme puissant et fort.

2. Il avait un fils appelé Saül, qui était parfaitement bien fait; et de tous les enfants d'Israël, il n'y en avait point de mieux fait que lui: il était plus grand qu'aucun du peuple de toute la tête.

3. Or, les ânesses de Cis, père de Saül, s'étaient égarées, il dit à Saül son fils: Prenez avec vous un serviteur, et allez chercher ces ânesses.

4. Ayant donc passé par la montagne d'Ephraïm, et par le pays de Salisa, sans les avoir trouvées, ils parcoururent encore le pays de Salim, sans les rencontrer, et le pays de Benjamin, appelé aussi Jémini, sans en avoir de nouvelles.

5. Lorsqu'ils furent venus sur la terre de Ramatha, habitée par les descendants de Suph, de la tribu de Lévi, Saül dit au serviteur qui était avec lui: Allons, retournons-nous-en, de peur que mon père ne commence d'oublier ses ânesses, et ne soit plus en peine que de nous.

6. Le serviteur lui dit: Voici une ville où il y a un homme de Dieu qui est fort célèbre; tout ce qu'il dit arrive infailliblement; allons donc le trouver présentement; peut-être qu'il

« contemptus sacerdos de superbo populo; ultione divini vindicaretur. » Denique audi S. Gregor.: « Petrus rex pro vindictâ conceditur; magna et omni vindicta est, que ex distinctione procedit interni examinis, quando de reproba mens sine proficitur, ut quod malè deliberat, agere permittitur. Qui ergo in petendo rege Dominum abiecit convicti sunt, dum id eis permitteretur agere, per quod à se Dominum abiecerat, gravior poena non erat, quâ hic plecti debuerunt. »

Et constituit super eos regem. Hinc patet non à republicâ, nec ab optimatibus, et evertitum testamentum regium non à republicâ, sed à Deo immediate acceptis (perinde ac pontifex, licet eligatur à cardinalibus, tamen non ab ipsis nec ab Ecclesia, sed immediate à Christo potestatem pontificum accipit). Quare cum hæc potestate republica nullâ ratione privare poterat, sed solus Deus, ut de facto ipse cum ab insipientiam regno et vita privavit, eoque sufficit Davidem. Item dico de Davide. Hic enim non à republicâ, sed à Deo per Samuelem creatus est rex, ab eoque omnem regendi potestatem accepit. (Corn. à Lap.)

9. Olim in Israël sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum : Venite et eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodiè, vocabatur olim Videns.)

10. Et dixit Saül ad puerum suum : Optimus sermo tuus : veni, eamus. Et ierunt in civitatem in qua erat vir Dei.

11. Cumque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes, ad hauriendam aquam, et dixerunt eis : Num hic est Videns ?

12. Quæ respondentes dixerunt illis : Hic est : ecce ante te, festina nunc : hodiè enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodiè populi in excelsu.

13. Ingredientes urbem, statim invenietis eum antequàm ascendat excelsum ad vespendum : neque enim comesurus est populus donec ille veniat, quia ipse benedicit hostiæ, et deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodiè reperietis eum.

14. Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel, egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum.

15. Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem quam veniret Saül, dicens :

16. Hac ipsâ horâ quæ nunc est, eras mittam virum ad te de terrâ Benjamin, et unges eum ducem super populum meum Israël : et salvabit populum meum de manu Philistinorum, quia respexi populum meum : venit enim clamor eorum ad me.

17. Cumque aspexisset Samuel Saülem, Dominus dixit ei : Ecce vir quem dixeram tibi : iste dominabitur populo meo.

18. Accessit autem Saül ad Samuelem in medio portæ, et ait : Indica, oro, mihi, ubi est domus Videntis.

19. Et respondit Samuel Saüli, dicens :

nous donnera quelque lumière sur le sujet qui nous a fait venir ici.

7. Saül dit à son serviteur : Allons-y ; mais que porterons-nous à l'homme de Dieu ? *Il serait fort malhonnête de ne rien lui offrir ; or le pain qui était dans notre sac nous a manqué ; et nous n'avons ni argent, ni quoi que ce soit pour donner à l'homme de Dieu.*

8. Le serviteur répondit à Saül : Voici le quart d'un sicle d'argent que j'ai trouvé sur moi par hasard ; donnez-le à l'homme de Dieu, afin qu'il nous découvre ce que nous devons faire, *puisque c'est un Voyant.*

9. (Autrefois dans Israël tous ceux qui allaient consulter Dieu, s'entredisaient : Venez, allons au Voyant ; car celui qui s'appelle aujourd'hui Prophète, s'appelait alors le Voyant, *parce qu'il voyait les choses de Dieu.*)

10. Saül répondit à son serviteur : Vous dites très-bien ; venez, allons-y. Et ils allèrent dans la ville de Ramatha, où était ordinairement l'homme de Dieu.

11. Lorsqu'ils montaient par le coteau qui mène à la ville, ils trouvèrent des filles qui en sortaient pour aller puiser de l'eau, et ils leur dirent : Le Voyant est-il ici ?

12. Elles leur répondirent : Il y est ; le voilà devant vous ; allez vite le trouver, car il est venu aujourd'hui dans la ville, parce que le peuple doit offrir un sacrifice sur le lieu haut consacré au Seigneur.

13. Vous ne serez pas plus tôt entrés dans la ville, que vous le trouverez, avant qu'il monte au lieu haut pour manger ; et le peuple ne mangera point jusqu'à ce qu'il soit venu, parce que c'est lui qui bénit l'hostie ; et après cela, ceux qui ont été appelés commencent à manger. Montez donc présentement ; car aujourd'hui vous le trouverez.

14. Ils montèrent donc à la ville, et lorsqu'ils y furent entrés, ils virent Samuel qui venait au-devant d'eux, prêt à monter au lieu haut.

15. Or, le Seigneur avait révélé à Samuel la venue de Saül, le jour de devant qu'il fût arrivé, en lui disant :

16. Demain, à la même heure, je vous enverrai un homme de la tribu de Benjamin, que vous sacrez pour être le chef de mon peuple d'Israël ; et il sauvera mon peuple de la main des Philistins, qui commencent à opprimer de nouveau, parce que j'ai regardé mon peuple d'un œil favorable, et que leurs cris sont venus jusqu'à moi.

17. Samuel ayant donc envisagé Saül, le

Ego sum Videns : ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodiè, et dimittam te manè : et omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi.

20. Et de asinis quas nudius tertius perdidisti ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Et cujus erunt optima quæque Israël ? nonne tibi et omni domui patris tui ?

21. Respondens autem Saül ait : Numquid non filius Jemini ego sum, de minima tribu Israël, et cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Benjamin ? quare ergo locutus es mihi sermonem istum ?

22. Assumens itaque Samuel Saülem et puerum ejus, introduxit eos in triclinium, et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati ; erant enim quasi triginta viri.

23. Dixitque Samuel coquo : Da partem quam dedi tibi, et præcepi ut reponeres sorsum apud te.

24. Levavit autem coquus armum, et posuit ante Saül. Dixitque Samuel : Ecce quod remansit, pone ante te, et comede, quia de industria servatum est tibi, quando populum vocavi. Et comedit Saül cum Samuele in die illâ.

25. Et descenderunt de excelsu in oppidum, et locutus est cum Saüle in solario ; stravitque Saül in solario, et dormivit.

26. Cumque manè surrexissent, et jam elucesceret, vocavit Samuel Saülem in solario, dicens : Surge, et dimittam te. Et surrexit Saül : egressique sunt ambo, ipse videlicet et Samuel.

27. Cumque descenderent in extremam parte civitatis, Samuel dixit ad Saül : Die puero ut antecedit nos, et transeat : tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

Seigneur lui dit : Voici l'homme dont je vous avais parlé, c'est celui-là qui régnera sur mon peuple, et qui le délivrera des mains des Philistins.

18. Saül étant entré dans la ville, s'approcha de Samuel, et lui dit : Je vous prie de me dire où est la maison du Voyant.

19. Samuel répondit à Saül : C'est moi qui suis le Voyant ; montez avant moi au lieu haut pour manger aujourd'hui avec moi, et demain matin je vous renverrai ; je vous dirai tout ce que vous avez dans le cœur.

20. Et pour les ânesses que vous avez perdues il y a trois jours, n'en soyez pas en peine, parce qu'elles sont retrouvées. Et à qui sera tout ce qu'il y a de meilleur dans Israël, sinon à vous et à toute la maison de votre père, que Dieu a choisie pour la combler d'honneur ?

21. Saül lui répondit : Ne suis-je pas de la tribu de Benjamin, qui est la plus petite d'Israël ? Et ma famille n'est-elle pas la moindre de toutes celles de cette tribu ? Pourquoi donc me parlez-vous de cette sorte ?

22. Samuel, ayant pris Saül et son serviteur, les mena dans la salle ; et, les ayant fait asseoir au-dessus de tous les conviés, qui étaient environ trente personnes,

23. Il dit au cuisinier : Serrez ce morceau de viande que je vous ai donné, et que je vous ai commandé de mettre à part.

24. Le cuisinier prit donc une épaule, et la servit devant Saül. Samuel lui dit : Voilà ce qui est demeuré ; mettez-le devant vous, et mangez, parce qu'on vous l'a gardé exprès, lorsque j'ai invité le peuple. Et Saül mangea ce jour-là avec Samuel.

25. Après cela, ils descendirent du lieu haut, dans la ville : Samuel parla à Saül sur la terrasse du logis, et Saül s'y dressa un lit où il dormit.

26. S'étant levé au matin, lorsqu'il faisait déjà jour, Samuel appela Saül, qui était sur la terrasse, et lui dit : Venez, que je vous renvoie. Saül étant allé à lui, ils sortirent tous deux, lui et Samuel.

27. Et lorsqu'ils descendaient au bas de la ville, Samuel lui dit : Dites à votre serviteur qu'il passe, et qu'il aille devant nous ; pour vous, demeurez un peu, afin que je vous fasse connaître ce que le Seigneur m'a dit de vous, et ce qu'il m'a ordonné à votre sujet.

VERS. 1. — **ET ERAT VIR DE BENJAMIN NOMINE CIS (1).** Quia primus rex in Israelitide gente fuit Saül, de quo magna pars hujus libri textitur historia, ideò de illius genere prædictum oportuit. De quo nihil habemus aliud quam

(1) *Cis* hebraice significat *durum*; quod licet initio S. Gregor. in malam partem de duritiâ cordis Saülis interpretetur, postea tamen in bonam partem accipit. Pater, inquit, regis, « Cis, id est, *durus*, dicitur, quia profecto ii quorum saneti prædicatores imitatores sunt, « vitâ et zelo remissi sunt: duri namque sunt, « quia peccatoribus mollia non loquuntur; « duri etiam sunt, quia ut alios bene corrigant, dura quæ illis præcipiant, in sua conversatione demonstrant. » (Corn. à Lap.)

CIS FILIUS ABIEL. Legimus in Paralipomenis, Cis patrem habuisse Ner: quo igitur pacto ista cohæreat? Reponitur, ipsi Ner duplex nomen fuisse, ut idem et *Ner* et *Abiel* appellaretur, vel fortè Ner et Abiel duo sunt fratres, quorum uterque apud ipsum Cis nomen patris promeritus fuit, quòd alter illum genuerit, alter educaverit. (Calmet.)

UT JEMINI, ID EST, DE TRIBU BENJAMIN, AIT VATABL. Ex Benjamin enim per aprehensin decuratum est *Jamin* et *Jemini*. Simili enim modo ex *Benamni* deductum et decuratum est nomen *Ammon*. Genes. 19, 58. Itâ Chald., Cajetan., Mariana, Sallianus. Aut potius quia paulo ante dixit: *Erat vir de Benjamin*. Hic Jemini fuit celebris ex tribu Benjamin, cujus posterit dicitur viri Jemini; unde ad hunc Jemini, quasi virum famosum deductur hic genealogia Saülis, in eoque sinit quasi per illum sat nota et clara. Itâ Abulens., Mendoza et alii.

(Corn. à Lap.)

Fortis robore. Hebraeus, *vir fortis*, vel robustus, seu *vir locuples*, potens. (Calmet.)

Il y avait un homme de la tribu de Benjamin, qui s'appelait Cis. Saül est selon les saints un exemple redoutable. Car il est l'image de ceux qui se perdent dans le ministère de l'Eglise, quoiqu'ils paraissent y avoir été appelés de Dieu, et y avoir apporté quelques bonnes qualités, surtout celles qui sont les plus éclatantes. C'est ce que l'Ecriture nous marque dans le tableau qu'elle fait ici de Saül. C'était un homme, dit-elle, qui était fort et courageux, d'une main avantagense, et qui était plus grand que le reste du peuple de toute la tête. Cette beauté et cette force du corps nous marque très-bien les dons extérieurs de quelques ministres de l'Eglise, qui d'abord ont été très-estimés, mais dont la réputation s'est détraquée peu à peu, aussi bien que celle de Saül, par le dérèglement de leurs actions.

On voit même dans cette figure une des choses les plus essentielles pour un vrai pasteur, qui est qu'il ne se soit point appelé lui-même à des fonctions si divines. C'est ce qui paraît d'abord dans Saül. Il obéit à son père. Il va simplement où il lui comande; et en cherchant des amuses, il trouve un royaume. Jusque-là, il paraît le plus innocent et le plus heureux homme du monde.

Mais comme on voit en lui d'excellentes marques, on en verra d'autres dans la suite

fuisse de tribu Benjamin, natumque parente Cis, qui fortis fuisse dicitur robore; ut ex hoc intelligamus, fortem quoque robore fuisse Saulem, et quoad hanc partem oblato sibi muneri non ineptum. Sanè verum est, quod Lyricus dixit, si robur tantum corporis intueare (nam de ingenio ac moribus alia ratio est, ut capite præcedenti diximus) à fortibus strenuè parentibus robustam generari sobolem, et masculam virtutem.

Fortes creantur fortibus et bonis.

Est in juvenis, est in equis patrum

Virtus; nec imbellent feroces

Progenerant aquilæ colubam.

VERS. 2. — **ET ERAT EI FILIUS VOCABELO SAUL (1), ELECTUS, ET BONUS (2).** In principio

qui ont pu être cause d'une chute aussi funeste et aussi peu attendue qu'a été la sienne. (Saey.)

(1) *Saül* idem est quod *postulatus*. Nomen ergo hoc ei inditum videtur à re divina, et quasi præsigio; quòd ipse populo postulante regem à Deo evocandum foret ad regnum.

A Saule quasi primo Israelis regis ex tribu Benjamin creato, nomen accepit *Saul*, sive *Saulus* (eo quòd ad vexandam Ecclesiam à diabolo esset postulatus, ait S. Hieron. in Epist. ad Philém.) qui erat ex eadem tribu, sed ex Saule adeò factus est Paulus, id est, ex Judæo, Christianus; ex persecutore, prædicator; ex phariseo, apostolus; ex Judæorum fiscal, doctor gentium.

Minus genuinè ergo Ambrosiaster in cap. 1 ad Roman. *Saul*, vel *Saulus*, derivat à Græco *σαυλος*, id est, maris commotio, et inquietudo, ut *Saulus* sit idem quòd inquietus et turbator, qualis initio fuit Paulus.

Minus quoque aptè alii *Saül* derivant à *senal*, id est, vulpes: *Saül* enim per N scribitur. *Saül* per T. Aliis pariter est non eymon, quod recenset Georgius Venetus et. 8. probl. 455. *Saül* dicit quasi *ἄνεθ' ἄνεθ'*, id est, informis, nam sicut infernus nullis malis saltatur, sic *Saulus* erat barathrum vitiorum.

Alleg. *Saül* fuit typus Christi Regis regum. Nam, ut ait Beda, nomen *Saül* quòd dicitur expetitio. Christo apissime congruit, qui fuit desiderium gentium, et magno desiderio semper imploratur et adesse rogatur. Unde Christus à Jacob Genes. 49, 26, vocatur *desiderium collium uterumque*; et à sponsa Cant. 5, 16, *totus desiderabilis*. Hebr., *totus desideria*. S. Hieronym. lib. 4 contra Jovin., *totus concupiscentia*.

(2) Chald. verit., *juvenis pulcher*. Itâ Procopius et Serarius.

Tropolog. S. Gregor. : Quid, inquit, in Saül electo et bono significatur, nisi sanctorum Patrum electi imitatores, qui per doctrinam abis utiles sunt, et per conversationem sibi? qui sic alios possunt regere, et si bene ipsi nequam deum provideret? Electi namque et boni sunt, qui sic lucra aliorum expetunt, ut sui nulla damna præstant. Pleni quippe in se ipsis sunt affluent-

multa considerari solent, quæ dignum illum publico honore et regiâ dignitate faciunt. Quæ omnia fuisse in Saule, quo tempore ad regni fastigium evocatus fuit, mihi dubium non est. Primum in principe virtus desideratur, morum integritas et bonitas quæ nemini noceat, et ad benè de omnibus promerendum prona est. Quæ omnia, meo judicio, his verbis à Samuele, id est, à sacro hujus temporis historico descripta sunt; nam hic, ut Gregorius putat et Abulensis, animi bona et ornamenta virtutum intelliguntur, et probat Josephus, qui illum corporis animique dotibus eximium esse tradit. Alterum est, ut ipsa species externa aliquid aliis majestatis ostendet, ne despiciabilis forma, his qui externam tantum speciem intuentur, ut planè vulgò homines plerumque faciunt, optimæ naturæ et incorruptis moribus auctoritatem detrahât. Quare homines olim eos existimabant imperio dignos, quæ exterior forma et angusta persona commendabat. Quæ de re nos àiquid in cap. 1 Danielis ad illud :

« tes alius, et de abundantia sui sic alius tri-
« bunt, ut suæ plenitudinis aliquid non amit-
« tant. » (Corn. à Lap.)

ET NON ERAT... MELIORILLO: Hebraeus quidem ad litteram verbis Vulgatæ omninò congruit: *Electus et bonus, et non vir de filiis Israel bonus præ illo*. Constat tamen, eandem vocem, quæ *bonum, pulchrum* etiam designare; ita legimus de filiabus hominum, puellas fuisse *bonas*; contra verò de vaccis, quas secundo loco vidit per somnium Pharaon, fuisse *malas*. Paria interdum usurpat Homerus, pro *pulchro* et *magno* habens *bonum* et *magnum*. (Calmet.)

Vide jam, et miserere lapsus Saülis, qui ex tam bono, tam malus evasit, ut à Deo reprobatus vitâ sit spoliatus et regno. Audi S. Gregor. Nazianz. Oratione 7: « Quid de Saule existimamus? nam et unctus, et Spiritus sanctus est particeps, ac tunc spiritualis erat: « non enim de eo secus dixerim. » S. Hier. in cap. 30 Ezech. : « Eliguntur, inquit, præsentia; nec statim qui eligunt tentari non potest, nec perire; quia et Saül electus in regem, et Judas in apostolum suo postea vitio corruerunt. »

Causam lapsus assignat S. Cyprianus Ep. 7: « Salomon, inquit, et Saül quandâ in viis « Domini ambulârunt, datam sibi gratiam tene-
« nere potuerunt; recedente ab eis disciplina « Domini, recessit et gratia. » Cyrillus Alex. in Joann. cap. 21, probat quòd *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, exemplo Saülis: « Saül, inquit, cum parvus esset in oculis suis, dux super Israel constitutus est; cum verò in superbiâ elatus est, à Deo abjectus et reprobatus; cum David vili in oculis suis saltaret coram arâ ludens et thars, mirum in modum Deo placuit; cum verò timore animi inflatus populum jussit numerari, vindicem manum Dei sensit. » (Corn. à Lap.)

Pueros, in quibus nulla esset macula, deceros formâ. Ita sanè docuit Aristoteles lib. 4 Polit. cap. 4, ubi tradit id fuisse apud Æthiopes penè legitimum, « ut secundum magnitudinem, « aut secundum pulchritudinem, magistratus « honoresque publici distribuere. » Idem Lucretius affirmat lib. 5, qui antiquissimis illis sculis proximus fuit:

Præsidium reges ipsi sibi perjugantque,

Et pecudes, et agros dividere, atque dedere

Pro facie cujusque, et viribus, ingenisque:

Nam facies multum valet.

Hoc ergo etiam Deus spectare voluisse videtur in eo quem Hebraeorum populo præpositum, ne quid in rege suo gens illa novarum rerum studiosa requireret, quod gentium præterque in suis commendarent regibus. Hoc autem extremum significatum puto in eo quòd sequitur, quod quidem externam tantum speciem ostendit, sicut quæ proximè antecesserunt, internam.

AN HUMERO ET SUBSUS EMINEBAT SUPER OMNEM POPULUM. Magna hominibus commendatio est à corporis proceritate, quæ etiam plurimum ad pulchritudinem facit; unde qui corpore sunt pusilli, pulchri esse negantur. Sic Arist. lib. 4 Ethic. cap. 5: « Pulchritudo in magno corpore consistit: parvi verò urbani quidem « sunt, et membris appositi, sed non pulchri. » Et qui fortes habitus sunt et heroes, iidem excelsi et magno corpore esse dicuntur. Sic Maro lib. 8 Æneidos de Anchise: *Mirabarque duces Teucos, mirabar et ipsum Laomedontiadem: sed cunctis altior ibat Anchises.*

Et idem, lib. 7, de Turno, quem in re bellicâ strenuum prædicat:

Ipsè inter primos præstanti corpore Turmus

Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est.

VERS. 3. — **PERHIERANT AUTEM ASINÆ CIS PATRIS SAUL.** Sicut viri justicie atque armentariæ rei studiosi greges alunt bonum, equorum et pecorum; sic etiam asinarum ad asinorum sololem, quorum in Palestinâ neque exiguus est numerus, neque infrequens usus. Cum enim tunc equorum rarus esset, ac molorum usus, quia quadrage ac currus perquam rari ad actum usque Salomonis, illorum usum etiam honestum sustinebant asini, qui non solum ferrebant onera, aut trahebant aratrum, sed etiam magnorum principum corpora cum dignitate portabant. Quare sæpè audimus judices Israel et illorum filios sedisse super asinos, qui non minùs ante alebantur delicatè ac mollior, quam nunc ad principum gloriam atque deli-

cias nutriuntur equi. Sanè Judic. 5 de principibus dicitur, v. 10: *Qui ascenditis super nitescentes asinos, et sedetis in iudicio.* Et de Jair iudice israel scribitur, Judic. 10, habuisse triginta filios, totidem civitatum principes: *Ascendentes super triginta pullos asinarum.* Et Abdon, Judic. 12, habuisse traditur *quadraginta filios, et triginta ex eis nepotes ascendentes super triginta pullos asinarum.* Quare cum ad sarcinas, honestioresque usus familiares essent asini in Palestina, quorum illi subjugales dicuntur, hi nitescentes, non mirum, si viri etiam principes qui aliorum animantium copiosos aluerunt greges, asinarum quoque greges numerosos habuerint. Sic sanè Genes. c. 56, v. 24, Anna pavise dicitur asinas in deserto. Et Job. c. 4, v. 5, inter alios greges ovium, camelorum et boum, quingentas asinas aluisse scribitur. Quod item fecit Jacob, ut constat ex Gen. c. 52. Sic, puta, Cis greges pavit asinarum, ex quibus deerrantur aliquot, ad quas perquirendas missus est Saul.

ET DIXIT CIS AD SAUL FILIUM SUUM: TOLLE TEUM ENIM DE PUERIS, ETC. ET QUERE ASINAS (1).

(1) In universa hæc historia lineamenta quædam apparent prisci moris et primæ simpliciter. Tunc enim viri principes, heroes, non secus ac privati quique, agriculturæ et gregibus aliendis vacabant, quemadmodum hodie viri principes et ingenui venationem et bellum amant, et alia id generis ardua ac laboriosa. Abraham, patriarchæ et iudices Israelis, quos sanè nec vulgaris ingenii homines nec humiles pastores haberi par est, potissimum tamen vitæ occupationes in aliendis gregibus colendisque agris ponebant. Huic vitæ generi student Arabes, Idumæi, Moabite et alii plures; nec eandem vitæ professionem à dignitate sua alienam ducebant illi, heroes, et principum liberi. Pascere asinas, et amissas illas querere, probrorum et vulgare tunc non erat apud homines, cum mortales a quæ omnes eandem simplicitatem profiterentur, et omnes pariter eidem vitæ exercitio sese addixissent. Notus est in Scripturâ quidam è posteris Esau, qui provincia et regionis princeps, asinos tamen patris sui curabat. Asinis in Palestinâ vehi solebant principes, et viri amplissimi. Principes Israelis verbis hæc designat Debhora: *Qui ascenditis super nitescentes asinos.*

(Calmet.)

Allegor. Saulest Christus, ait Boda, ob quinque analogias et typos: Primus quia Saul dicitur electus; sic et Christus Isai. 42: *Ecce ego puer meus quem elegi.* Secundus, quia Saul super omnes eminebat; et ita Christus, de quo sponsa, Cant. 2, v. 5: *Sicut malus inter ligna spinarum, sic dilectus meus inter filios.* Tertius, quia Saul missus est à patre ad quærendas asinas; Christus ad quærendas animas. Quartus, quia Saul secum duxit puerum; Christus choram à Apostolorum. Quintus, quia Saul quærens asinas, invenit re-

He nobis aliquid observandum, quod postea magno erit nobis usui ad expediendos notos qui valde auctoribus existimantur implexi. Quam videlicet grandis natu fuerit Saul, quo tempore ad regnum vocatus; nam fuisse adolescentem probat, et quod negotium illi datum sit à patre, quod frequenter nonnulli adolescentibus committi solet, ut scilicet per loca varia atque aspersa discurreret, qualia sunt illa maximè Palestina loca, in quibus errant et pascuntur armenta, quod non facile admittit, aut patitur grandis ætas, et eo nomine ab ejusmodi laboribus immunis. Deinde, quia viri ætate jam grandi, quique rem possunt curare suam, non solent patriæ subesse potestati. At contra stat, quia si adolescens tunc esset Saul, neque aptus videretur regno, quod non tam lacertos desiderat et vires, quod non tam maturumque iudicium, quod secum importat ætas et variarum rerum experientia multiplex. Deinde, quia quo tempore regnum inii, id est, hoc ipso tempore, quo investigandis asinis operam dabat, filium habuit Jonathan, cæ ætate ut chiliarius à patre constitutus sit, id est, præpositus mille viris; hoc verò minus adultam desiderat ætatem, robustum corpus et prudentiam talem qualem in juvenili ætate non videmus. Hæc dubiam reddunt difficultatem questionem. Ego paucis expediam, quid mihi magis videatur ad veritatem.

Dico igitur, videri mihi plusquam probabile, quo tempore Saul vocatus est ad regnum, annos esse natum supra quinquaginta, imò et parum ab anno abesse sexagesimo. Id probabitur latius, ubi cap. 15 explicabimus, quot annis Saul regnavit super Israel, ubi statuimus duos tantum annos tenuisse sceptrum, ut apertè doceat littera. Id verò probari potest, quia statim atque regnum inii, ejus ætatis erat Jonathan, ut arma tractare et exercitum moderari posset, ut constat ex lib. 4 Reg. c. 15, et cum mortuus est Saul, secundo videlicet anno postquam regnare cepit, filium habuit annorum quadraginta; quare genitus est anno Saulis ut minimùm decimo sexto, ut decimo octavo; nam ante annum decimum sextum, aut decimum octavum, ut communiter fert hominum natura, nondum est ætas gignendis liberis matura.

Neque illa ratio urget, quæ durum putat et inusitatum, hominem tam grandem in domo

gnum; Christus quærens animas, constitutus est rex ab eo super Sion montem sanctum ejus. (Psalm. 2, 6.) (Corn. à Lap.)

adhuc contineri paternâ et patris subesse imperio, mittique ad opus quod imponi solet illi qui ætatis est vegetæ; et duris illis ministeriis idoneæ. — Respondeo primùm, laborem illum non esse gravem, cum iter illud non necesse fuerit pedibus conficere; id quod littera ipsa non obscure indicat, cum illi à patre datus sit comes via. Deinde inusitatum non esse, ut filii in ætate etiam gravi sint in domo parentum, quamdùm illi sunt in vivis, et illorum mandatis, sicut antea juvenes, obsequantur. Exempla sunt illustria in Scripturâ sacrâ, quæ priusquam adducam, observo usitatum esse, et fortasse legitimum apud Hebræos, ut filii, qui jam familiam habent et uxorem, in paternâ tamen domo commorentur. Exemplo nobis esse potest Abessan, Judic. 12, v. 8, qui ex more gentium videtur conjugatos filios retinuisse apud se domi, et filias in domum parentum generorum suorum transmisisse. *Judicavit Israel Abessan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, et totidem filias, quas emittebat foris maritis dedit; et ejusdem numeri filii suis accepit uxores introducens in domum suam.* Quare non videtur Saul, tametsi conjugem haberet et filios, excessisse ex parentis domo, neque illi parere desiisse, licet hoc consuetudini patriæ obsecutus fecerit, sive pietate adductus et parentis amore. Quod verò filii ætate jam grandi, ex paterno non excedant limine, et patrum submittantur imperio, probat Jacob, qui multò erat Saule grandior, neque tamen sese à parentis emanciparat potestate; cum enim egressus domo, ut fratris declinaret insidias, Mesopotamiam profectus est, septuagesimum septimum agebat annum. Quod ex eo liquet, quia quo tempore ingressus est Ægyptum, annum agebat centesimum trigessimum, ut habes Genes. 47, quo tempore Joseph annos natus erat triginta novem: nam cum locum obtinuit regio proximum in Ægypto, annos jam impleverat triginta; cum verò pater in Ægyptum ingressus, ad regis conspectum admissus est, jam septem anni ubertatis, et duo alii sterilitatis exacti fuerant. Quare Jacob centum et triginta anni in annos Joseph triginta novem inciderunt, quos si ex centum et triginta detrahas, reliqui erunt unns et nonaginta Jacob. Ex his rursus detrahe annos quatuordecim (nam anno decimo quarto, ex quo Mesopotamiam attigit Jacob, natus est Joseph), ex totâ illâ summâ supererunt anni septuaginta septem, quot tunc habuit Jacob, cum ex paternâ domo egressus est, in quâ patriæ suberat pote-

stati. Quid igitur mirum, si Saul in paternâ domo, eodem quo Jacob animo, apud patrem commoratus illius se submisit imperio, cum vir dicitur bonus, et animo fuerit usque adeo modesto atque humili, ut oblatum regnum, quam maximo potuerit studio, recusaverit?

Alterum exemplum fuit filiorum Jacob, quorum aliqui non longè aberant ab eâ ætate, quam implevisse dicebamus Saulem; nempe illi, qui primùm orti sunt è Liâ, ut Ruben, Levi, Simeon et Juda. Hi tamen omnes cum jam uxores duxissent, ex illisque numerosam filiorum sylvam suscepissent, paternos tamen pascabant greges; et cum jam illorum aliqui annum implevisset quinquagesimum, aut ab illo non longè recessisset, missi sunt in Ægyptum, ut inde frumenta comportarent. Hæc omnia graviora sunt, quam quæ Saul à patre negotia commendata sunt: quare nihil hic magnum aut inusitatum appareat in Saule (1).

VERS. 6. — ECCE VIR DEI IN CIVITATE HAC,

(1) VERS. 3. — PER TERRAM SALISA. Creditur Salisa, vel Saissa, vel Baal Salisa, ipsa esse Segor, urbs celebris secessu Lotii, Sudomâ fugientis. Ex Judæorum traditione aiant, eam urbem appellari *Salisam*, vel *vidulam trimulam*, in Prophetis Isaiâ et Jeremiâ. Chaldaeus vertit: *In terra australi*, seu meridionali. Equidem Salisa vel Segor Jacobat ad extremam oram meridionalem maris Mortali, orientem versus; sed Eusebio et S. Hieronymo *Baal Salisa* est urbs in regione Diopsolitica 15,000 passibus à Diopsoli ad septentrionem Jerosolymæ et in regione Thiamna: id autem nos certissimum esse iudicamus. Saul Gabai digressus montibusque Ephraim, perrexit Baal-Salisa ad septentrionem, tum pervenit Salim ad orientem, Mesopotamiam profectus est, septuagesimum septimum agebat annum. Quod ex eo liquet, quia quo tempore ingressus est Ægyptum, annum agebat centesimum trigessimum, ut habes Genes. 47, quo tempore Joseph annos natus erat triginta novem: nam cum locum obtinuit regio proximum in Ægypto, annos jam impleverat triginta; cum verò pater in Ægyptum ingressus, ad regis conspectum admissus est, jam septem anni ubertatis, et duo alii sterilitatis exacti fuerant. Quare Jacob centum et triginta anni in annos Joseph triginta novem inciderunt, quos si ex centum et triginta detrahas, reliqui erunt unns et nonaginta Jacob. Ex his rursus detrahe annos quatuordecim (nam anno decimo quarto, ex quo Mesopotamiam attigit Jacob, natus est Joseph), ex totâ illâ summâ supererunt anni septuaginta septem, quot tunc habuit Jacob, cum ex paternâ domo egressus est, in quâ patriæ suberat pote-

TERRAM SALIM. Censuerunt quidam, ipsam esse eandemque ac *Salim* prope Emor, de qua in Joane 3, 25. Ita vero nonem *Salim* hic scribitur *סלם*, ut non temere suspicium indicare *Saai*, quæ recurrit infra 15, 17, jacebatque ad Jordanem non longè à Galsalis.

TERRAM JEJUMI, vel regionem Benjamin. Inimè hic facile potest Jerusalem; et primùm è Gabai ad occidentem, Salisam urbem Daniticam versus profectus fuerit, tum verò petierit *Salim* vel Jerusalem, tandem percurrerit tributum Benjamin, quæ urbi huic orientalis erat. Flexo denique ad Gabaiam itinere, transientes per terram Suph, ubi jacebat Ramatha patria Sammelis, ad consulendum prophetam venire statuerunt. Id si ponatur, tribus diebus itineris viginti quinque leucas conficisse illos censendum erit. (Calmet.)

VERS. 5. — IN TERRAM SEPH. In agrum Ramathæ, patria Sammelis, quam posteri Suph frequentabant.

NE FORTE DIMISERIT ASINAS, ET SOLICITUS SIT PRO NOBIS; NE MAJORI PRO NOBIS, QUAM PRO ASINABUS, sollicitudine teneatur. (Calmet.)

VIR NOBILIS, OMNE QUOD LOQUITUR, SINE AMBIGUITATE VENIT. Postquam tot locis tam latè sollicitèque illustratis, nullum inveniunt asinarum vestigium, ad patriam redeunt; sed accidit percommodè, ut per locum transirent, ubi tunc agebat Samuel, sicut majorem anni partem solibus. Tunc autem ab ipsè propheta habitatione admonitus servus, quem via comitem habebat Saül, censuit eà de re consulendum esse Samuelem, cujus in rebus dubiis, aut etiam occultis explorandis, comperta jam pridem fuerat admirabilis scientia, et cœlitus inspirata cognitio. Dicitur autem nobilis, non credo quoad natales spectat, sed quia multis nominibus notus et suspiciendus in Israël; quia videlicet vir sanctus, quia propheta, quia judex, quia domitis Palestinis, et re Israëliticè probè constitutà, pace tunc et otio fruebatur respública.

VERS. 7. — QUID FEREMUS AD VIRUM DEI (1) ?

(1) Reddì etiam potest Hebræus : *Nullam est nobis munus viro Dei offerendum: et quid est apud nos?* Sen potius, juxta Septuaginta : *Plus non est nobiscum ad offerendum homini Dei, quam hoc parium, quod superest nobis.* Vel denique: *Nihil remanet, quod offeramus homini Dei; quod enim reliqui est apud nos?* Syriacus: *Nec adest vitium, etc.* (Calmet.)

Saül dicit à son serviteur : *Que porterons-nous à l'homme de Dieu?* Saül témoigne être en peine de ce qu'il donnerait à Samuel. Il ne savait pas qu'il ne recevait jamais rien. Et il semble marquer que c'était alors la coutume d'offrir quelque chose aux prophètes. Saint Jérôme néanmoins paraît douter que Samuel ait reçu ce que Saül avait préparé pour lui donner. Mais quand même il l'aurait fait, c'aurait été avec une disposition bien différente des autres. Ainsi on n'aurait pu dire de lui ce qui est dit de ses enfants, *qu'il aimait les présents*, puisqu'il aurait regardé ces dons comme étant offerts à Dieu et non pas à lui, et comme une déference qui était rendue à son ministère.

C'est un grand exemple pour les pasteurs de la loi nouvelle, qui ne doivent point aimer ni les revenus ni les honneurs qui sont attachés à leur charge, mais qui doivent se conduire avec une si grande intégrité qu'encore qu'ils reçoivent quelquefois ces honneurs et ces présents, ils ne laissent pas de se conserver parmi les peuples, comme nous voyons ensuite qu'a fait Samuel, la réputation d'être des personnes irréprochables, sans ambition et sans intérêt. (Sacy.)

« Les prêtres et prophètes juifs, dit Voltaire, « étaient que des gueux, semblables à nos « devins de villages, qui disaient la bonne « aventure pour quelque argent, et qui fai- « saient retourner les choses perdues.... Ce « demi-siècle, ce schelling donné par un petit « garçon, gardeur de chèvres au prophète « Samuel, couvre de mépris la nation juive. « Saül et son valet demandent dans un petit

Quidam hoc esse putant divinationis pretium, quasi aliter non putaret Saül fore, ut à Samuele aliquid divinatorium audiret. Ita ex sententiâ Hebræorum dicit Hieronymus in Tradit. hebr., et Josephus lib. 6 Antiq. cap. 5; Theodoretus q. 48. Sed mihi difficile est, tanti viri ingenium, tam exploratum omnibus, ignotum esse Saüli, qui non procul aberat à Ramathâ, ubi et commune forum habitus Samuel, domicilium stabile. Quare, ut ego potius arbitror, ingenui est hoc et observantis animi, non ejus, qui emendum pretio putaret esse vaticinium. Licet enim pseudo-prophetae, et qui spiritu instigabantur pythónico, venales haberent suas nugas, quas oracula nominabant divina, quorum tunc erat non exiguus numerus, tamen de Samuele longè cogitabatur aliter, cujus animum integrum agnoverat et purum, et manus abstinentes à munere. Quare non agunt de vaticinii pretio, sed de stipe aut elemosynâ quæ pauperum levat necessitatem,

« village la demeure du devin, comme on de- « mande le savetier du village; ce nom de « devin ou de voyant, donné à ceux qu'on a « depuis nommés prophètes; ces huit ou neuf « sous présentés à celui qu'on prétend avoir été « juge ou prince du peuple, sont, selon les « critiques, des témoignages palpables de la « grossière stupidité de l'auteur inconnu.»

Si l'auteur de Virgile travestit, le burlesque Scarron, avait vécu du temps du poète critique dont nous venons de rapporter les expressions, il l'aurait incontestablement regardé comme son maître dans l'art de donner aux faits les plus simples et les plus graves une tournure ridicule et risible. Laissons, pour un moment de côté la qualité d'auteurs inspirés que nous reconnaissons dans les historiens du peuple hébreu. Jugons d'eux comme des autres écrivains de ces temps antiques. Sous la plume de Voltaire, quelle idée se formerait-on d'Homère, le prince des poètes, et de ses héros? Achille, qui débite un quartier de porc, ne serait qu'un boucher, et Patrocle un caïste, puisqu'il met la chaudière sur le feu; Antioque serait un faiseur, car l'attelage de son char était très-lent; Ulysse, qui savait manier la gaffe et l'aviron, un batelier, et Laërte un manant qui couchait à terre à côté d'un porcher. Andromaque et Pénélope, qui travaillaient avec leurs femmes au haut de leurs maisons, auraient été des canturières de gazetas; Circé une fileuse de village qui se désennuyait en chantant seule dans son réduit, et Nausicaa, fille du roi des Phéaciens, une lavandière qui, montée sur la charrette, rapportait sa lessive de la fontaine. Il est aisé de dénigrer tout en adaptant nos idées modernes aux personnages antiques. Nous ne ferons ici qu'une seule remarque, savoir, que c'était une maxime chez les Orientaux de ne point se présenter devant les souverains sans leur faire quelque offrande, et cet usage s'y conserve encore en certains lieux (Duclos.)

aut de munere quo significatur in superiores observantia. Quo modo nemini ad Persarum reges vacuis à dono manibus accedere licebat. Unde observare licet, quanta Samuelis fuerit modestia, quanta parcimonia, quando quodcumque donum, quantumcumque leve, non existimatur, tanquam vile foret et exile, ab illo repudiandum. Non dubitaret Saül, si modò panis aliquid superesset in sitarcis, illud adducere ad Samuelem; neque inurbanum putabat servus Saülis offerre quartam partem stateris, id est, denarium unum, qui ex via sumptibus supererat; quod item probavit Saül. Quod quidem ejus est, qui mavult pauperis subvenire necessitati, quam ornare locupletem et judicem. Longè aberat Samuel, qui tenuculo victu atque paratu contentus erat, qui, quæ non deliqueret tractari se ut pauperem, et eo haberi loco, ut reminem suppederet cum vulgari ac rusticano munere ipsum adire; longè, inquam, aberat Samuel, ut immania subditis imponeret tributa, ut agros addecimaret et vineas; ut subditorum opes faceret suas, cum exiguum illam sive stipem, sive donum lubens admitteret. Non autem sic qui judicibus reges successere, qui cum domos molirentur eburnæ, insanas abstractiones, et regio conciperent, id est, arrogantes spiritus, non faciliè admitterent panes è sitarcis, aut sportulam, aut quartam partem stateris argentei.

He nobis tria vocabula explicanda sunt. *Sitarciez*, græcum est vocabulum, *στάρκεια*. Quæ vox commutate significat, qui dari militibus solet, aut viaticum, seu demensum, quod pro diebus, aut mensibus singulis militibus aut operariis datur. Hoc tamen loco pro manciis aut sacculis viatoris usurpatur, in quibus aut operarii aut milites suas portare solent alimonias; sumunt autem res contenta pro continentis; sicut contra res continens pro contentis; quo modo *peculum* sumitur pro vino; *discus* et *fericulum* pro cibo; quod est in omni linguâ frequentissimum. Hebræicè est *לחם הלחם*, quod idem est atque, in *vasis nostris*, nempe in sacculo aut perâ.

Sportula propriè est quod sonat, nempe *fiscella* aut *cista*; quia tamen in sportulâ demensâ mittebantur, seu diarii cibi, fit ut *sportula*, seu sportella, sumatur pro victu diurno. Talia, opinor, munera mittebantur amicis, aut clientibus, aut his quibus de victu, sive elementis et officiosis, sive ex lege aut convento providemus, quales sunt servi, aut qui nostra curant, aut qui cum ob rem fores frequentant

s. s. ix.

nostras, et matutino tempore salutant. He, puto, donum significat, quod officii, benevolentieque aut observantie gratiâ mitimus, quale esse solet hospitale munus, quod *zenium* vocatur, aut quid simile. Hebræicè *tesurah*, quod hoc loco Vulgatus *sportulam*, plerique alii *munus* aut *donum* convertunt.

Ubi Vulgatus, *quarta pars stateris*, hebræicè, *quarta pars sicli*. Est autem *siclus* æreus, argenteus et aureus; hic autem *argenteus* est, et staterem græcum valet, ut indicat Vulgati translatio. Est autem *stater* tetradrachmus; quare Saülis famulo reliqua erat è viatico una drachma argentea, quæ denarium valet.

VERS. 9. — QUI ENIM PROPHETA DICITUR HODIE, VOCABATUR OLIM VIDENS (1). He dicendi modus multis diebus ante hæc tempora historiam scriptam esse docet; nam jam exolevisse videbatur vox illa, *Videns*, quæ usus est Saül, et ejus loco suffecta vox, *Propheta*, quam esse tunc in usu docet sacer historicus. Ex quo dubitare quis posset, aut existimare potius,

(1) *Autrefois dans Israël ceux qui allaient consulter Dieu s'entredisaient: Allons au Voyant.* Autrefois, dit saint Grégoire, on a dit la même chose dans l'Eglise. Il y avait alors des personnes éclairées et les Voyants de ce qu'on appelle les Prophètes et les Voyants de la loi nouvelle. Mais maintenant que ces hommes parlais sont si rares, déplorons nous-mêmes notre malheur, et soupirons devant Dieu, de ce que la fleur de la sainteté de ces premiers siècles paraît si étrangement flétrie et décolorée dans ces derniers temps; *Quia modo tanta perfectorum virorum raritas est, florem elapsi temporis cum pulchritudine sanctitatis emarcuisse suspicemus.* Et néanmoins, ajoute ce saint Pape, nous devons toujours dire avec le peuple de Dieu: *Allons aux personnes éclairées: Eunus ad Videntes.* Fuyons les aveugles, comme le Fils de Dieu nous ordonne de le faire, puisqu'ils ne pourraient que joindre leurs ténèbres aux nôtres, et nous égarer en s'égarant; allons à ceux qui voient les secrets de Dieu, parce qu'ils ont le cœur pur, et qu'ils nous peuvent conduire à lui par la même lumière qu'ils reçoivent d'en haut qui leur découvre le chemin du ciel parmi les ténèbres de cette vie. (Sacy.)

Cæterum nomen *Videns* pro divino et Prophetâ, et videre pro vaticinari usurpatum, etiam apud profanos obtinuit. Balaam hanc dignitatem sibi vindicât: *Qui visionem Omnipotentis intulit est.* Jerem. 14, de pseudopphetis: *Vident visiones mendacii;* additque, vaticinari illos ex arbitrio. *Egyptii Videntes dormam* appellabant eos quibus divina oracula reserari censebant. Arioli cum prophetico estro furebant, futurorum argenta reserari sibi ante oculos factitabant. Virgilius de Sibyllâ, *Aneidos* 6:

..... *Bella, horrida bella,*
Et Tiberim multo spumantem sanguine cerno.
(Calmet.)

hæc non fuisse à Samuele conscripta, quando eadem fuerunt Sautis et Samuelis tempora, quæ fuerunt extrema vite Samuelis. Et ita mihi videtur verisimile. Scriperunt, ut diximus in Prolegomenis, § 1, et constat ex lib. 1 Paralip. cap. 29, in fine, gesta Davidis priora et novissima, Samuel Videns, Natham Propheta, et Gad Videns. Quare fieri potest, ut hæc in quibus nostra in presentia versatur commentatio, à Natham propheta scripta fuerint, qui noverat Samuelem, qui ætate præcesserat, vocatum esse *Videntem*, cum tamen ipse, qui propheticum etiam habuisset spiritum, non *Videns* diceretur, sed *Propheta*. Sed puto verum esse, quod communiter censent auctores, ad caput usque 29, historiam Sautis et Davidis à Samuele conscriptam. Neque huic cogitationi admodum incommodat *Videntis* compellatio; nam cum Samuel à primis annis spiritu afflatus esset propheticus, cum puer adhuc esset, *Videns* compellatus est: quia in primâ Samuelis ætate eo nomine appellabatur propheta: postea verò exactis, ut opinor, annis quinquaginta, aut eò circiter, quando hæc texebatur historia, mutatum erat *Videntis* in *Propheta* nomen. Quod autem nomen antiquum maneat in eo, qui illud de se primis annis audivit, etiamsi nomen jam obsoleverit, novum non est, et omnes, et arbitrator, nationes exemplis abundant. Apud Hispanos exempla sunt optima. Novi ego, cum adhuc essem adolescentulus, sacerdotibus jam ætate graves vulgò hominum appellari *Abbatas*, cum tamen sacerdotes alii juniores alii compellerentur nominibus, quia posteriori illâ ætate *Abbas* nomen ab illo sacro ordine prorsus exciderat. Id autem ex eo provenerat, quia illi primum, cum nomen illud adhuc esset in usu, *Abbatas* dicti sunt, qui verè et optimè dicere possent de se, qui nunc dicuntur sacerdotes aut presbyteri, olim dicebantur *Abbatas*, cum tamen ipsi eodem tempore non aliud de se nomen audirent. Beda citatus hic à Lyra, putat hæc verba non fuisse Samuelis, sed postea addita ab Esdrâ, qui Scripturam exili tempore restituit. Sed ego apud Bedam non invenio, neque necesse puto ad hanc exolvendi nodi rationem confugere (1).

(1) Vers. 11. — *Ils trouverent des filles qui sortaient pour aller puiser de l'eau.* C'est le bonheur des Chrétiens et la consolation de l'Eglise, que l'on puisse, comme Saül, rencontrer des âmes saintes figurées par ces jeunes filles, qui aient soin de puiser de l'eau pour toute la ville, c'est-à-dire, d'attirer sur toute l'Eglise les

Vers. 12. — *Hic est, ecce ante te (1).* Verba sunt puellarum quæ descenderant de urbe quæ erat in excelso loco sita, ut haurirent aquam, sive de fonte, sive de cisternâ; neque enim constat eo in loco aquam esse jugem. Illud, *ante te*, non significat ante Sautis oculos esse Samuelem, neque enim illum viderat, neque vidit postea, nisi cum ingressus est civitatem. Illud igitur, *ante te*, locum designat in quo tunc erat Samuel; summum enim locum pro eo qui continetur in loco; erat autem Samuel ante Sautem, quia è conspectu grâces du ciel. Ces filles puisent de l'eau, dit saint Grégoire, parce qu'elles tirent du fond de leur âme dans la doctrine que leur amour leur inspire, les soupirs et les larmes dont elles se pleurent elles-mêmes dans l'exil et dans les périls de cette vie. Saül s'adresse à ces filles pour apprendre d'elles où était le Prophète, parce que les âmes pures sont d'autant plus propres à découvrir les hommes et de Dieu, qu'elles leur sont plus unies par la ressemblance de leur vertu, et par le lien d'un même esprit. (Sacy.)

(1) *Hâtez-vous de aller trouver.* Hâtez-vous, disent ces filles, parce que le Prophète vient en la ville peu souvent. Il y est venu aujourd'hui, et il s'en doit retourner bientôt: *Tardé venit, cito recedit.* Et ceci, dit saint Grégoire, est une grande instruction pour un ministre de Jésus-Christ. Car il doit paraître rarement en public, et demeurer d'ordinaire dans le secret de sa retraite, afin que les hommes le révèrent d'autant plus qu'ils le voient moins: *Rarè sit in publico: frequenter in secreto; ut quò tardius aspiciatur, devotius veneretur.* C'est alors, ajoute ce saint, qu'on le considère comme un homme descendu du ciel, parce que plus il s'est entretenu avec Dieu dans la prière et dans la méditation de ses vérités, plus on croit qu'il a eu d'entrée dans les trésors de la sagesse éternelle, pour pouvoir répandre sur les âmes les richesses de sa grâce. Ces filles disent à Saül: *Hâtez-vous, comme si elles lui disaient: Si vous laissez passer le temps où on le peut voir, vous ne le pourrez plus quand il se sera retiré.* Cette règle, dit ce saint Pape, est importante pour nous, qui nous sommes engagés dans une vie retirée; et elle doit être observée exactement. Il faut que nous ayons de certaines heures destinées aux fonctions de notre ministère: et après nous en être acquittés le plus tôt qu'il se pourra, il faut nous hâter de rentrer dans les occupations paisibles de notre retraite. Et nous devons être tellement fermes à garder les heures que nous avons destinées à notre silence, que ceux-mêmes qui ont le plus d'accès auprès de nous, soient persuadés que nous sommes résolus pour lors de n'être vus de personne. C'est pourquoi le même saint ajoute: qu'on doit révérer les temps et les lieux de la prière et de la retraite des pasteurs, bien loin de les troubler dans ces heures de leur repos. (Sacy.)

Sautis erat locus, ubi tunc habitabat Samuel.

QUIA SACRIFICIUM EST HODIE POPULI IN EXCELISO. Quo tempore hæc agebantur, nullus erat locus in quo tabernaculum esset, aut domus Dei; nam licet sacrificia tunc esset antiqui tabernaculi, erat tamen ab arca vacuum, quæ erat quasi forma et vita tabernaculi; arca verò à tabernaculo separata domus Dei appellari non poterat; quare tunc non erat destinatus ac certus sacrificii locus. Hinc fiebat, ut omnis locus rei sacrificiæ videretur opportunus, cum intermitti religiosum illud opus non oporteret, neque locus illos alio videretur magis idoneus, modò honestus, et pro rei tantæ sanctitate decess. Quare variis locis sub hæc tempora videmus, tum à Samuele, tum ab aliis fuisse sacrificatum. Quæ de re nos satis multa cap. 7, in fine, et cap. 6, ad v. 14 et 15.

Sed licet omnis locus in eo rerum articulo non videretur importunus, tamen aptissimus omnium visus est, qui non esset depressus et obscurus propter arbores densas et lucos quos deorum suorum religioni sacravit delusa gentilitas, licet hæc excelsa quoque loca impie religionis abominacione polluerit. Sed in excelsis oblata præsertim fuisse sacrificia, indicat illud lib. 5 Reg. cap. 5, ubi sic Salomonis tempore antiquam ædificatum esset templum: *Populus immolabat in excelsis; non enim edificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.* Et statim v. 4, inter omnia excelsa maximum esse dicitur Gabaon, ubi cum Salomon mille hostias in holocaustum obtulisset, apparuit illi Deus, dixitque: *Postula quod vis, ut dem tibi.* Quod signum est, neque locum, neque sacrificium displicuisse Deo. Sed in excelso Gabaon alia fuit ratio, quæ honestate Salomonis victimas, ut dicemus suo loco.

Quod autem fuerit excelsum istud, in quo sacrificatum est à Samuele, incertum est, cum potuerit esse locus sublimis, à populari strepitu secretis extra urbem, aut in ipsâ urbe. Ego potius in urbe reor esse sacrificatum, quia in eo videtur esse paratum convivium, et reliqua peracta, quæ à sacrificiis separari non solent. Et quidem in sublimem locum fundatam esse civitatem multa docent. Nam, v. 11, Saül ascendisse dicitur in civitatem civitatis, et statim, v. 14, ex clivo adhuc in civitatem ascendisse. Nihilominus puto excelsum illud fuisse extra urbem populariter turbam; aliqui non erat, cur admoneret pœllæ, ut festinaret, quò inveniret Samuelem in urbe, antequam ascendat in excelsum.

Hic Rabb. Salomon, ut Lyra refert et Abulensis, aliquid somniviis suo dignum ingenio. Ait enim puellas longiorem protraxisse sermonem, quàm oporteret, cum Saule, ut illius eximia pulchritudine liceret frui, quem omnium videbant esse pulcherrimum. Quam honestum fuerit suo generi, virgines habere tam in loquendo profusas, et in videndo leves, ipse viderit.

Vers. 15. — *QUIA IPSE BENEDIXIT HOSTIE, ET DEINGRESS COMEDIT.* QUI VOCATI SUNT (1). Hinc colligunt multi, et sanè merito, usitatum esse quondam Hebræis sacrare mensam quæ ante benedictionem videretur profana. Quòd certè fecit Christus, juxta piam, opinor, populi consuetudinem; de quo Lucae cap. 24, v. 30: *Accepti panem, ac benedixit, ac fregit.* Benedixisse item dicitur, et fregisse panem, quo tempore quinque panibus et duobus piscibus multa hominum millia pavit in solitudine, ut scribit Lucas cap. 9, v. 17, Matth. 14, v. 17, Marc. 6, v. 58. Sanè egisse Hebræos de more gratias post sumptos cibos, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 5: *Et opus Domini non respicitis.* Cujus rei Hebræos habuisse aliquod præceptum, indicat illud Deut. cap. 8, v. 10: *Ut cum comederis, et satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optimâ, quam dedit tibi.* Eò spectant quæ dicuntur Psal. 21: *Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum.* Et hymnus quem Christus cum discipulis peractâ cenâ modulatus est. Nunc verò Judæi, ut ex eorum rituali libro constat, seorsum cibum et potum benedixerunt, imò et quoties novum aliquid in mensam adducitur, sive illud poculentum, sive esculentum sit, aut etiam quod odorandi sensus oblectat, benedictio et gratiarum actio iterum et sæpius iteratur. Dicunt autem tunc, ut est in rituali Isidorum: *Benedictus sis, Domine Deus noster creator, qui bonus es, et bene facis omnibus; qui creasti hoc sapidum vinum, hæc aromata, hos fructus, etc.* (2).

(1) *QUIA HODIE REPERIETIS EUM.* Hebræus: *Qua, sicut hodie, reperietis eum.* Hodicè certissime virum nanciscemini, quæcumque illum adiveritis horâ. Denique tam certè illum reperietis, uti certò constat diem fulgere. (Galm.)

(2) *Vers. 14. — CUM AMBULARENT IN MEDIO TERRE, CUM PROCEDERENT.* Hebræus: *Ingradientibus illis in medium civitatis, in est, in urbem.* Phrasî enim in medio usurpatur sæpè pro intus, sive multum quis, sive parum intus processerit. Ex v. 18, inquit videtur, in hunc

VERS. 13. — DOMINUS AUTEM REVELAVERAT AURICULAM SAMUELIS. Prædicti quam ad urbem accederet Saul, jam Dominus de illius adventu Samuelem admonuerat. Atque eam ob rem partem illi victimæ servavit, in qua regii muneri, ad quod destinatus erat, pondus et labor exprimebatur. Revelare autem aures, ex Hebræorum idiomate nihil est aliud, quam verbis aliquem docere, et illi, quod erat occultum, aperire. Sumitur autem antecedens pro consequenti, id est, dispositio aurium, ut cum fructu et intelligentiâ audiant, pro ipsâ doctrinâ, quæ dispositis, seu revelatis auribus instillatur. Quod cum in omni auditione necessarium sit (neque enim aperte et obseratæ aures vocem excipiunt), multo magis quando loquitur Deus, quia tunc aures humano majus aliquid audiunt, et magis arcanum, quam ut à naturâ comparatæ atque dispositæ capere possint. Atque idem in Scripturâ frequens est, cum Dominus aliquem alloquitur, *aperire*, sive *revelare aures*. Job, 35, v. 16: *Tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplinâ*. Isaïæ cap. 48, v. 8: *Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tuo aperta est auris tua*. Et cap. 50: *Dominus aperuit mihi aures, et ego non contradico*. Hoc etiam aliquando de hominum sermonibus accipitur; infra, cap. 20, v. 13, Jonathas ad David: *Revelabo aures tuas, et dimittam te*.

VERS. 16. — (1) QUIA RESPEXI POPULUM

ad huc illos fuisse, cum eos Samuel assecutus est.

SAMUEL EGREDIENS OBVIAM EIS. Non ita reputandum est, quasi Samuel magis egressus obviam illis processerit; verso enim ore illos intuitus est, atque obviam venientibus ivit, processit et salutavit. (Calmet.)

(1) UNGES EUM DOCEM. Hebræorum *nagid* sonat ad literam eum qui præcedit, vel graditur in fronte aciei. Septuaginta, *principem*, Chaldaeus, *regem*. Hebræi dicebant Samueli: *Judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit*. Principem decet esse et regem optimum et strenuum militem; quod cum dixisset Homerus, maxime omnium eam sententiam, tanquam ejus sapientissimi poete præclarissimam, Alexander Magnus suspiciebat. Regi Israëlis gerenda erant prælia Domini, et arma in hostes Dei ferenda: illud potissimum erat regis illius munus.

SERVAVIT POPULUM. Regni initio, Saul fractis Philistæis non levia commoda reipublice confultit; hostes cohibuit, et otium peperit Israëlitis; secundis etiam præliis fregit Ammonitas, Amalecitas, Idumæos, Moabitas, Syros. Singula hæc bella Scriptura quidem non prosequitur: affirmat tamen generatim, Saulem, *confirmato regno suo pugnasse per circuitum adversum omnes inimicos Israël, contra Moab et*

MEEM, VENIT ENIM CLAMOR EORUM AD ME. Quæreret hic non nemo posset, quomodo hæc consentire possint cum his quæ cap. 8, v. 18, dixit Deus, ubi negat audiendos esse populi voces, cum in afflictione clamaverint. Sed non est difficultas solutio; Deus enim non omnino negat futurum se facilem et exorabilem populi clamoribus, cum aliquid patietur adversum et durum, sed cum aliquid patietur à regibus, quos ipse sibi præponi voluit, et quorum leges ante prædixerat. Nunc autem non oritur do-

filios Ammon et Edom et reges Soba et Philistæos. Nec prætereundum est, ab exordio Samuelis et ab ingenti illa victoriâ, superius capite 7, narratâ, vicinalem pacem reditiam fuisse provinciæ usque ad regnum Saülis. Pax erat tamen omni molestiâ minimè vacans; caput enim paulatim exerebant Philistæi, Israëlitis armis nudaverant, omnibusque fabris ferrariis, ut apud Philistæos querere cogerebantur Israëlites vel opifices instrumentorum colorum, et usque ad stimulum corrigendam. Copias habebant in colle Dei constitutas, et in Gabaâ, cum Saül regnum inivit: quare miserabilis adeo erat Israëlitarum conditio, ut clamare cogerebantur, quemadmodum inferioris narratur: nec aliâ fortasse de causâ regem postularunt.

Demain je vous enverrai un homme que vous sacrez pour être le chef de mon peuple. Dieu a dit à Samuel auparavant sur ce que le peuple demandait un roi: *Ce n'est pas vous qu'il rejette, c'est moi-même, parce qu'ils ne veulent pas que je règne sur eux*. Et maintenant il ordonne au même prophète de sacrer Saül, afin qu'il salue son peuple de la puissance des Philistins. D'où vient, dit ce saint, que Dieu semble approuver ici et faire lui-même une élection qu'il a si fort condamnée auparavant? On peut répondre, selon la pensée de ce saint Pape, que ce qui paraît contraire en ceci ne l'est pas en effet, parce qu'encore que cette élection fut mauvaise dans son origine, elle étoit bonne néanmoins dans la manière dont Dieu l'a faite pour confondre par sa sagesse aux désirs injustes d'un peuple rebelle.

Saül même qui est élu, dit ce saint, est bon en un sens et mauvais en l'autre. Car il étoit bon pour sauver le peuple de la puissance des Philistins, parce qu'il avoit du cœur et de la capacité pour commander une armée; mais il est devenu mauvais à l'égard de Dieu auquel il a désobéi aussitôt, en s'élevant contre celui qui lui avoit mis la couronne sur la tête. Ainsi son règne est devenu tout ensemble glorieux pour le peuple et malheureux pour lui, parce qu'il a plus aimé sa propre gloire que celle de Dieu.

C'est ce qui arrive souvent dans l'Eglise, ajoute ce saint Pape. « Un ministre de Jésus-Christ à quelquefois le don d'une haute sagesse; mais il n'est point humble. » Il dit aux autres ce qu'il ne fait pas. Il nourrit son peuple et il meurt de faim. Il dispense aux âmes la lumière de la vérité, et il ne retient pour lui que la fumée de l'orgueil. (Sacy.)

lenti causâ à regum inclementiâ, sed ab hostium, qui tunc aut vexabant Hebræorum fines, aut venturi propediem timebantur, injuriis. Qualis fuit Naas rex Ammonitarum, aut Palaestini, qui sub hæc extrema Samuelis tempora, aut ingressi fuerant, sicut antea sæpè, in terram Hebræorum, et gravibus illam detrimentis affecerant, quod mihi valdè probabile est. Quâ de re postea redibit sermo cap. 15, v. 19: aut certè cum res esset Ammonitarum irruptione turbata, venturi credebantur, cum aditum ad ulciscendas veteres injurias apertum viderent (1).

(1) VERS. 18.—IN MEDIO PORTE. Cum Saül ad limine staret, sive in foro, in ipso urbis aditu, ubi coetus habebantur, Samuel venienti occurrit: quem Saül de Videne, ubi esset, interrogavit. Septuaginta: *In medium urbis*. Chaldaeus: *Intra portam*. (Calmet.)

VERS. 19.—ASCENDE ANTE ME. Ad eum locum ubi coetus habendus erat, venire adhuc Samuel volebat; jussitque Saulem eò venientem præcedere. Cum enim tunc primum ad urbem pervenisset, domi suæ aliquandiu subsistit. (Calmet.)

Quare inquit Dion. Carthus: « Non dixit, *sequere me*; vel, *perge mecum in excelsam*; sed, *ascende ante me*: an ad præfigurandum, quod Saül erat sibi et aliis praticendus in regem? Saül quoque erat senex; nec potuit pariter illud montuosum celeriter ascendere. » Tres alias causas dat Mendoza: « Mihi, inquit, videtur Samuel hæc in re et humilitatis, et obedientiæ, et temperantiæ exemplum præbuisse. Humilitatis quidem, quia potiores partes cessit Saül, ponens se quens præcipientem. Obedientiæ vero, quia non solum regi electo, sed etiam eligendo debuit reverentiam deferre. Temperantiæ denique, quia qui ad labores ocio prævolabat, ad prandium tardior sequebatur. »

ET ONIA QUÆ SUNT IN CORDE TEO, INDICABO TIBI. Hebræi, teste S. Hier., tradunt Saulem habuisse omen regni per visionem, quia vidit se in summitate palmæ collocari, quæ visio regalis erat, ac de hæc voluisse consulere Samuellem. Verum sequenti Saülis verba, quibus Samueli et regnum denuntiavit adeo se humiliat, et quasi obstupescit, significant eum plane hujus rei fuisse inscium, nec quidquam de regno cogitasse. (Corn. à Lap.)

Samuel dicit à Saül: *Monte au lieu haut, car vous mangerez aujourd'hui avec moi*. Le sens de la lettre est assez clair dans toute la suite. Samuel honore Saül. Il lui prédit sa grandeur future. Il le fait manger avec lui. Il le tire de la peine qui avait été la cause de son voyage, en l'assurant que les années de son père qui avaient été perdues étaient retrouvées. Mais saint Grégoire remarque pour le sens spirituel, que ces paroles méritent d'être bien pesées: *Monte au lieu haut, afin que vous mangiez aujourd'hui avec moi*. « Pour être en état d'entendre la voix de Dieu, dit ce saint, il faut lever son âme vers les choses hautes

VERS. 20.—ET CUIUS ERANT OPTIMA QUÆQUE ISRAEL? NONNE TIBI ET OMNI DOMUI PATRIS TUI? Conditionata isthæc promissio est, quæ regnum Saül et ejus posteritati perpetuum offert, si divinis nempe præceptis obsequatur. Quod postea satis explicuit Samuel, cap. 15, v. 15, qui sic ad Saulem: *Sultu egisti, nec custodiisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Deus regnum tuum super Israel in sempiternum*. Porrò illud, *optima quæque Israel*, regnum est, quod hominum opinione optimum existimatur et summum; tametsi qui bene hæc, et ab omni cupiditate atque ambitione liberati cogitant, onus potius quam honorem esse meditantur.

VERS. 21.—NUMQUID NON FILIUS JEMINI EGO SUM, DE MINIMA TRIBU ISRAEL (1). Filius Jemini, aut

« et li détacher autant que nous pouvons des liens des sens et des engagements du siècle. « Nous devons de plus considérer que la disposition de la parole est comme un festin que le ministre de Jésus-Christ prépare, et auquel il convie celui qui l'écoute. Saül mange avec Saül, et Saül mange avec Saül. Le pasteur se nourrit lui-même de ce qu'il présente à ceux qu'il instruit, lorsqu'il goûte la vérité qu'il leur annonce; qu'il est plus de soin de l'imprimer dans son cœur que de l'avoir dans sa bouche; et qu'il tâche de suivre les règles saintes qu'il prescrit aux autres. *Bonus doctor cum dulciter quod dicit tu devotionem mentis accipit, se et eos qui audiunt simul pascit.* » Ceux qui entendent la parole doivent croire aussi que Dieu les invite à un grand festin. Ce n'est rien alors que de contempler ces viandes si précieuses, et d'en remarquer ou l'ordre, ou la qualité. Il faut s'en nourrir. Et comme il n'appartient qu'à l'Esprit de Dieu d'ouvrir notre cœur afin qu'il reçoive et qu'il goûte la vérité, nous lui devons dire alors à l'imitation de David: *Envoyez votre parole, et guérissez-nous, et délivrez-nous de nos maladies mortelles.* (Sacy.)

(1) *Ne suis-je pas de la plus petite tribu d'Israël?* L'humilité que Saül témoigne est bien remarquable. Dès la moindre parole que le prophète lui dit de son élévation future, encore qu'il ne sache rien en particulier, il rentre profondément en lui-même. Il demeure dans la vue de sa première bassesse, et ne rougit point de la confesser publiquement. Plus on témoigne vouloir l'élever, plus il se rabaisse. Des commencemens si louables doivent également faire trembler les bons et les méchants, qui se trouvent engagés dans le ministère de l'Eglise; les bons, afin qu'ils craignent que leur humilité ne soit pas assez solide, et qu'elle ne se perde insensiblement comme celle de Saül; les méchants, afin qu'ils soient confus lorsqu'ils voient leur condamnation dans l'humilité de Saül, et qu'ils jugent qu'il rougit lorsqu'un saint et un prophète le déclare roi par l'ordre de Dieu, combien ils doivent plus rougir de ce qu'ils se sont appelés eux-

vir *Jemini*, idem est, qui Benjaminita. Adjectiva quippe nomina, quæ vel à majoribus, vel à patribus derivantur, quæque latiori formâ appellari possent patronymica, hanc plerumque terminationem habent, ut *בְּרִי* *libri*, Hebræus *בְּרִי מִיִּטְרִי*, Ægyptius, *וְ לֵוִי*, Levita, *וְ לֵוִי מִיִּטְרִי* *israeli*, Israelita. Sic etiam *בְּרִי* *Jemini*, idem est, quod *Jeminita*, seu *Benjaminita*. Deinde observandum, sæpè ex nominibus compositis unam tantum converti compositionis partem.

Præterea quia hoc nomen *Jemini* in hoc libro frequenter occurrat, observandum item est, in nomine composito unam interdum partem compositionis omiti, et frequenter priorem. Qui *Judith* cap. 4, v. 5 et 11, vocatur *Eliachim*, idem sublata priori parte cap. 15, v. 9, vocatur *Joachim*. Est autem *Joachim* idem, qui *Jachim*. *Jerusalem Salem* vocatur, et *Hierosolyma*, *Solyma*. Et qui Gen. 19, dicitur *Benami*, id est, *filius populi mei*, communiter vocatur *Amon*, qui et *Ami*. Qui 1 Paralip. cap. 20, v. 5, vocatur *Bethlemites*, hebraicè *Lemites* dicitur. Et *Ruth* cap. 1, *Bethlehem* in hebraico textu priorem partem dedit, et vocatur *Lehem*.

Ex his constat *Jemini* sublata priori parte, idem esse quod *Benjamin*, seu *Benjaminita*; item *filius Jemini*, ubi ex dictione composita prior tantum latinè conversa est. Et sanè Septuaginta non proprium viri nomen esse indicant, sed patronymicum, dum *virum Jemini*, convertunt *virum Jemineum*, id est, ex familia Benjamin; et aliquando expressè de terrâ Benjamin, ut infra, cap. 22, v. 7, et lib. 1 Paralip. c. 27, v. 12. Et apertè Chaldaeus hanc vocem semper transfert, *filium Benjamin*. Et in hæc ipsâ materiâ est argumentum; nam *Cis Saulis* pater, qui hoc loco vocatur *filius viri Jemini*, eodem appellatur nomine *Esther* c. 2, v. 5, ubi *Mardocheus* dicitur *filius Jair filii Semei, filii Cis, de stirpe Jemini*. Et idem cap. 11, v. 2, dicitur *filius Jair, filii Semei, filii Cis, de tribu Benjamin*. Ubi aliorum nominum consensio manifestè probat, *Jemini* non esse alium quam qui de Benjaminitica familiâ natus est. Contrarium tenuit *Abulensis*; sed hæc sententia firmiori auctorum atque rationum fundamento nititur.

mêmes à la royauté sacrée de l'Église, non en recevant une dignité qui leur fût offerte sans qu'ils y eussent de part, mais en l'usurpant avec un orgueil que saint Grégoire compare à celui de Lucifer. (Sacy.)

DE MENSA TRIBU ISRAEL. Non idem minima vocatur tribus, quia minimus fratrum omnium fuit Benjamin, sed quia propter fœdum atque inauditum scelus, quod in Levite uxorem addidit, quàm ab homine armentario ac rustico possent intelligi? Hebræi, (ut auctor est Hieronymus in Tradit. hebr.) aliquid existimant illius honoris Saulem habuisse præsigium. Quia viderat, inquit, per somnium se in palmæ vertice collocari, unde conjecturâ parari sibi regnum, et illud jam animo securo conceperat. Sed hæc Hebræorum sunt commenta, qui dum aliquid producant ad plausum, de veritate non admodum laborant. Sed planè nimis esset pinguis et tardus, qui in verbis Samuelis non intelligeret, quod esset in Israelitide republicâ summum, regnum videlicet, aut supremum ordinem, qualem obtinuerunt iudices Israel, antequàm in illo populo regum nomen esset auditum, præsertim cum ignorari non posset, quod majores natu proximè tam obstinatè contentione postulassent; qui cum essent ex omnibus tribubus, verisimile est jam per omnes tribus latè fuisse dispersum.

VERS. 22. — INTRODUXIT EOS IN TRICLINIUM (1). Saül per palmæ somnium cognoverit se fore regem. (Corn. à Lap.)

(1) DEDIT EIS LOCUM IN CAPITIS SEPTUAGINTA: POSSIT EIS IBI LOCUM IN PRIMA VOCATORUM. Sed Hebræus, Chaldaeus et Vulgata nostros illos ferunt in capite omnium. Nec à Saül puerum segregavit, fortassè quod familiaris esset, non servus, non alienus, sed Israelita, domesticus Cis, cui ille libertatem suam ad tempus mancipaverat. Honestissimus in conviviis Hebræorum locus erat in capite, quod non ex hoc loco tantum probatur, sed ex parabola etiam Jesu Christi occupantis, ne primæ subsellia in convivio occupemus, ne foris ad inferiora deticiamur. Saül jam regis dignitate amictus mensæ cum familiâ assidens, locum tenebat ad parietem, vel in capite triclinii, ejusque lateri assidebant Abner et David. Apud Græcos honestissimus convivarum sedebat è regione vel contra parietem. Apud Persas, regis, in capite constituti, latera utrinque stipabant convivæ, omnium dignitatibus succedentes; ita tamen ut ii, quibus maximè rex fidebat, lateri ejus sinistro assiderent, post illos locus esset ad dexteram viro dignitate præstantissimo. Textus hebræus et Vulgata convivas illos circiter triginta recensent; Septuaginta editionis Romanae et Josephus legunt, septuaginta convivas. (Calmet.)

DEDIT EIS LOCUM IN CAPITIS. Ut indicaret Saulem ex Dei decreto fore caput et principem Israelis. Porro Deus elegit Saulem in regem, quia tum erat optimus, etsi postea superbiens reciderit. Præselebat Deus hunc casum, sed cum permittere decrevit, tum quia eum sine libertate permittere voluit; tum ut puniret Hebræos, qui regem se invito petierant; tum ut daret nobis exemplum eligendi prepositos pro tempore dignissimos, ac tolerandi eorum lapsus, si postea à primarâ bonitate desciscant.

Sicut sacrificium peractum, sic etiam convivium instructum fuerat in excelso extra civitatem, ut constat ex vers. 23, ubi extracto convivio de excelso dicitur Samuel descendisse in oppidum. *Comedit, inquit, Saül cum Samuele in illa die; et descendit de excelso in oppidum*. Quid sit *triclinium*, nemo dicit; propriè significat locum tribus lectis discubitoris instructum; hinc ducta nominis notatio; usus tamen latior est, et ad omnem locum extenditur, ubi convivæ sive discubant in triclinarij lecto, aut alio etiam modo, sive assident mensis. Vox sanè hebraica, *sechathah*, ita accebitum significat, ut nullum præterea connotet numerum. De *triclinio* multa profana, quæ hic referre ejus est, qui diffinat otio, et illo abuti honestum esse ducat (1).

VERS. 24. — LEVAVIT AUTEM COQUES ARMUM, ET POSUIT ANTE SAUL (2). Cùm accepisset Samuel

Aliam causam dat S. Gregor.: « Et fortassè, inquit, idcirco reprobis rex eligitur, et eius successor ejus rex David in eo cognoscitur, quid cavere debuisset. Sic enim est et de illâ angelorum curiâ legitimus, quia de apostatâ primo angelo scribitur: *Ipse est principium viarum Dei*, Job. 40, v. 14. Sed quia ante omnia conditus est per superbiam cecidit, et in ejus ruinâ saneti angeli didicerunt, quâ virtute stare potuissent, etc. (Corn. à Lap.)

(1) DA PARTEM QUAM DEBIT TIBI. Samuel, qui in eo convivio partes agebat, cæterisque prerogativa dignitatis suæ, iudicis nempe, atque senilis ætatis privilegio præsidebat, jusserrat dapes illas in partes dividi, tum coquo mandaverat, ut armum servaret, insolitis convivis apponendum. Statim igitur ac mensæ assedit, et pro more veterum princeps convivii portiones cæteris convivis distribuit, Samuel admonuit coquam, ut armum, quem servari jusserrat, Saül apponeret: quod peractum est. Sunt qui portiones, armum hunc ipsam fuisse cesserat: constat tamen inter omnes Samuelem sacerdotem non egisse; quare ea opinio penitus ruit. Adde, quod interdicium erat iacis, adeoque et Saül, de portione sacerdotum degustare. Denique nullibi prodit Scriptura, armum hunc dexterum fuisse, qui portio erat sacerdotalis. (Calmet.)

(2) Hebræus: *Levavit armum et quod super eum, et posuit ante Saül*. Mos apponendi viris principibus et honestissimis inter convivias amplas assate carnis portiones, è Scripturâ sequè et ex profanis notus est. Obtinuit inter Græcos, Gallos, Ægyptios, Hebræos. Ajaci post certamen cum Hectorè apponi jubet Agamemnon magnam è bovis tergere portionem; quod pariter cum Telemacho præstitit Menelaus. Utraque Homerî pagina in generis exempla offert. *Armas et quod super eum*, significat integræ victimæ quartam partem. HEC QUOD REMANSIT. Hebræum ita vertendum malim: *Ecce quod servatum est; ex Vulgata*

à Domino sequenti die, et hora etiam certâ venturum esse hominem, quem regno jam antea destinâret, decrevit statim illum ad convivium accersere, atque ideò partem illi victimâ reservavit, à quâ ipse quasi hieroglyphico symbolo cognosceret, quid à se regium nomen et titulus exigeret; pondus videlicet esse grave, quod gigantæos humeros requirat, imò quod gigantæos frangat humeros, et vires debilitet. Servarâ autem ex Samuelis præscripto coquus armum pro Saule, quæ par supponi solet oneri. Quare sicut è victimâ armus debetur sacerdoti, quia ille pro sui muneris ratione neque cessare debet ab opere, neque à labore, atque molestiâ liberari, sic quia regum institutum et cura non longè absunt à sacerdotum assiduo atque molesto pondere, armus illi de toto victimâ corpore conceditur, quia ille de totius populi corpore, quod immolata victimâ representat, armus est, aut humerus destinatus oneri, si modò regii nominis indignus censerî non vult. Fuit optimus princeps, et principum forma, et specimen Emmanuel, id est, nobiscum Deus; qui tamen ut tanti nominis mensuram implet, labores subditorum tulit et dolores portavit, qui virgam regni suis imposuit humeris, non declinavit in alienos. De quo Isaias cap. 9, v. 6: *Factus est principatus super humerum ejus.*

Ubi Vulgatus, *armus*, hebraicè est, פָּרָס *soc.* Septuaginta reddunt *κωδίκιον*, id est, *pernam*. Aquila *Κρυψον*, id est, *crus*, seu tibiam; utrumque valet vox hebraica, et eandem utrumque significationem habet allegoricam. Nam ut crura totum sustinent corpus, et eo consilio formata videntur à naturâ, ut oneris aliquid perpetuò subeant, atque ideò plurimum dedit ex ossâ, partim autem de carnâ materiâ, quia hæc mollis est et infirma; sic etiam regem osseum esse oportet, quem non incurvet aut frangat imposita moles; non carneum, qui faciliè labatur et defluat. Item neque nimis enim inini videtur, portionem hanc esse è præcedenti convivio residuum.

QUIA DE INDUSTRIA SERVATUM EST TIBI, QUANDO POPULUM VOCAVI. LOCUS hic perspicuus est; Hebræus obscurior: *Quoniam ad festum hoc (seu ad hoc festum) servatum est tibi dicendo: Populum vocavi, vel invitavi complures. Portio ista, me jubente, ad hoc servata est: admonuit enim, me plures invitâsse, præter coctum huic triginta. Vel aliter: Ego servavi jussu hæc portionem in festum hoc, quo viris his hæc triginta convivium parari jussi.* Septuaginta: *Portio hæc testimonium est positum tibi à populo: carpe, destinata est tibi, tanquam dignissimo cæterorum.* (Calmet.)

tolli debet, quantumcumque aut nimis blandus aut plus satis timidus populus aduleat: sicut neque crus, quantumcumque grave portet onus et suum munus peragat strenuè, ideò subesse desinit toti corporis molî, neque recusare potest, licet vehementer horreat atque repugnet, quominus ferat necessarium et naturale pondus. Ita Theodoretus: « Sicut hæc, » inquit, cum sint breviora aliis membris animalis, portant totam molem compacti corporis, et firmiter suffulciunt, ita etiam regium « robur, etiamsi ad virum unum contrahatur, » sustinet totum corpus reipublicæ, et non sic nit cadere. »

QUIA DE INDUSTRIA SERVATUM EST TIBI. Non temerè Samuel partem illam victimæ Saülî segregavit, ut aliquid nempe disceret ex illo hieroglyphico signo; illud nimirum, quod proximè in armo, sive tibî significari diximus. Neque enim hæc in animalî maximè sunt sive ad palatum sive ad valetudinem apta; esse tamen in deliciis docet Ezechiel cap. 24, v. 5: *Congere frusta ejus in eam omnem partem bonam, femur et armum;* ubi nos eâ de re nonnulla. Talia autem hoc signo exigit à rege, quæ lex sacrificialis exigit à sacerdote. Datur autem sacerdoti de victimâ armus dexter, in quo plus est roboris atque constantiæ; non sinister, qui citius lassescit et claudicat, et in quo ad laborem et pondus multò minus est roboris; quem puto à Samuele datum esse Saülî, quia sicut sacerdotis, sic etiam regis officium commendat, et ministerium adumbrat. Origenes Homil. 5 in Leviticum, ad illa verba cap. 7, v. 32: *Pectusculum autem erit Aaron et filiorum ejus: armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.* Cujus verba adducere non gravabor, quia non minus regium quam sacerdotale officium declarant: « Quod, » inquit, sacerdotis pectus, aut quale? Plenum est sit sapientiâ, plenum scientiâ, plenum omni « divinâ intelligentiâ, imò plenum Deo. Quale « brachium? (in brachio armum etiam intellegi.) multa sollicitudo, labor, vigilie, quibus « convertat peccatorem. »

VERS. 25. — ET LOCUTUS EST CUM SAULE IN SOLARIO (1). Pro solarîo hebraicè est סַלְיָה *Sag.*

(1) Quid? Rabbîni apud Lysranum et Abulensium: « De timore, inquit, Dei et custodia « legis; » Carthusianus: « De pertinentibus, » inquit, ad salutem, admonendo eum ad me « hora. » Abulens: « De pertinentibus ad instructionem regis, qualiter iste se debet « habere ad subditos, et qualiter ad Deum. » (Corn. à Lap.)

quæ tectum significat, activum nempe, id est, quod tegit domum, quale est in Palæstinâ, quod appellatur *doma*, seu *solarium*, tectum videlicet planum et deambulatorium, quod Hispani vocant *terrado*. Hoc verò loco sæpè *solarium* dicitur, quia cælo ac soli patet; qui locus aptus est familiaribus colloquiis, quæ amici mutuò inter se conferunt deambulantes. Sed quomodo lectus Saülî in solarîo constrictus, in loco nimirum subdiali? Nam locus apertus neque honestus est, neque salubris, neque conveniens illi quem honorare volumus, ut certè propheta voluit illum quem futurum esse regem ante cognoverat. — Respondeo, tempus fortassè fuisse æstivum, quare nihil esse timendum à cælorum inclementiâ, illis præcipuè qui vitam egissent ruri, neque fortassè aliud cubiculum admisit Saül, quod splendidius instruxerat propheta, propter modestiam; aut certè in solarîo tabernaculum fixerat, sicut in agro faciabant in Palæstinâ viri

CAPUT X.

1. Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus, et deosculatus est eum, et ait: Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum quia unxit te Deus in principem:

2. Cum abieris hodiè à me, invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in meridie; dicentque tibi: Invenit sunt asinæ ad quas ieras perquirendas: et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis, et dicit: Quid faciam de filio meo?

3. Cùmque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hædos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagenam vini.

4. Cùmque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum.

5. Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philistinorum: et cùm ingres-

etiam delicati ac principes, maximè cùm haberent iter, quale Absalonî positum est lib. 2, cap. 16, v. 22. Hebræi codices nihil habent de lectulo in solarîo Saülî constricto, neque Chaldaei, neque translationes noræ, neque Latino-rum quamplurimi, quos refert ad hunc locum Franciscus Lucas; habent tamen codices à Sixto correcti. Si partem illam tollas, res minus habet difficultatis, quia confabulari homines commodè, non ita tamen commodè cubare in solarîo possunt. Sed potuit ea esse temporis ratio atque commoditas, ut commodissima fuerit subdialis illa dormitio. De solarîo sic Hieronymus ad Summian et Fretellam, non procul à fine: « In Palæstinâ, inquit, et Ægypto, » ubi vel scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solarîa, vel menniana « vocant, id est, plana tecta, quæ transversis « trabibus sustententur. »

CHAPITRE X.

1. En même temps Samuël prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül; et il le baisa, et lui dit: Le Seigneur par cette onction, vous sacre pour prince sur son héritage; et vous délivrerez son peuple de la main de ses ennemis qui l'environnent. Voici la marque que vous aurez que c'est Dieu qui vous a sacré pour prince:

2. Lorsque vous m'aurez quitté aujourd'hui, vous trouverez deux hommes près du sépulchre de Rachel, sur la frontière de Benjamin, vers le midi, qui vous diront: Les ânesses que vous étiez allé chercher sont retrouvées: votre père n'y pense plus; mais il est en peine de vous, et il dit: Que ferai-je donc pour retrouver mon fils?

3. Lorsque vous serez sorti de là, et qu'ayant passé outre, vous serez arrivé au chêne de Thabor, vous rencontrerez là trois hommes qui iront adorer Dieu à Bethel, dont l'un portera trois chevreaux, l'autre trois pains ou tourteaux, l'autre une bouteille de vin.

4. Après qu'ils vous auront salué, ils vous donneront deux pains, ou tourteaux, et vous les recevrez de leurs mains.

5. Vous viendrez après à la colline de Dieu, près de Gabaa, où il y a une garnison de Philistins. Lorsque vous serez entré dans la ville,